IX. The Canonical Epiſtles, the Epiſtles of St. *Paul* (except that to *Philemon*) tho' not in the uſual Order, the Acts of the Apoſtles, and laſt, the ſix firſt Chapters of St. *Matthew* in old *Engliſh*.

X. The four Goſpels in old *Engliſh*, with an Index what are the Goſpels for every Sunday.

XI. The Hiſtory of the five Books of *Moſes* in old *Engliſh* Verſe. Many of the Words are *Saxon*, but the Characters are *Engliſh*.

Gregorii
a

Google

S. I. Gregorii Paſtorale Saxonicè verſum per Regem Alfredum in libris quatuor, quorum tertius eſt duplo major reliquis omnibus.

Eſt liber prægrandis literis majuſculis exaratus, totus Saxonicus, niſi quod aliquando verba Latina, explicationis gratiâ, inter lineas vel ad marginem ſcribuntur. Nulla pæne diſtinctio vocum in hoc libro.

Ad initium libri primi ſunt 65 capitula, quibus interno capita librorum ſequentium reſpondere.

Ad finem libri eſt Carmen quoddam linguâ Hibernicâ impreſſum, unde apparet Hibernos uti charactere Saxonico.

II. Bedæ Eccleſiaſtica Hiſtoria, Saxonicè verſa à Rege Alfredo, quam Abr. Whelocus collatam cum MS^to^ Trinitatis Coll. edidit Cantab. An. 1643 at in nonnullis locis differt ab illâ in Coll. Trin.

Ad initium hujus libri, in margine, ſcribuntur Orationes multæ ſive Collectæ linguâ Latinâ, et charactere Saxonico, viz. *Forma Benedicendi Cerei vel Lampadas Collectæ in Sexageſimâ, Quinquageſimâ Benedictio Cinerum Orationes in capite Jejunii, & per totam Quadrageſimam, & etiam omnes Orationes uſque ad finem Miſſæ.*

Exorciſmi Saxonicè, & Homiliæ Saxonicè.

P. 46, &c. ad marginem ſunt Orationes in die Commemorationis Sancti Benedicti, Philippi & Jacobi, Inventionis Crucis, &c. cum Hymnis ad Virginem Mariam. Et poſtea multa occurrunt ad marginem in linguâ Saxonicâ & aliquando Latinâ.

At ſuſpicor hæc ad marginem notata multo recentiora eſſe ipſo textu.

Ad finem libri hæc verba legas charactere Saxonico. *Hunc librum dat Leofricus Epiſcopus Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli in Exoniâ, ubi ſedes Epiſcopalis eſt, ad utilitatem Succeſſorum ſuorum. Si quis illum abſtulerit inde, ſubjaceat maledictioni. Fiat, fiat, fiat.*

Angelum Sanctum Michaelem Saxo invocat in margine ad pag. 541.

III. Lexicon Saxonicum, uti vocatur, ſive Nomenclatura vocum quarundam Latinarum (& præſertim quæ reperiuntur in Bibliis) Latinè & aliquando Saxonicè explicatarum, ai imperitè ſatis, at omnia ſcribuntur charactere Saxonico.

Ad initium libri Interpretatio Nominum Ebraicorum & Græcorum, quæ occurrunt in Scripturis. Liber maximæ vetuſtatis.

Ad calcem libri folia duo non ligata, linguâ Latinâ, at charactere Saxonico inſititio exarata, vocata *Patronymicorum Forta*, ſive de verbis Poſſeſſivis & Patronymicis.

IV. Quatuor Evangelia linguâ Saxonicâ.

Collatus hic liber à Mareſcallo in Evangg. Sax.

Ad initium hujus libri ſunt undecim vel duodecim Evidentiæ vel teſtimonia Contractuum (viz. Mulierum manumiſſæ, rerum emptarum, &c.) at hic nulla manuum appoſitio nec notatio temporis, ſed nuda ſcriptura in libro Evangeliorum, ſuper quem juraruns, & nomina Teſtium præſentium; & hic mihi videtur mos teſtandi inter Saxones. Hic liber fuit quondam Monaſterii Bathonienſis, & ad finem libri eſt donatio (forſan originalis) Capellæ Beatæ Mariæ Magdalenæ de Holewe extra Bath. Johanni Epiſcopo de Bath. & Monaſterio. Datus etiam & totum aliud Capitale Meſſuagium in Holewe, &c. diebus Wilhelmi Regis Anglorum. *Saxonicè.*

Item Concordia facta inter Thomam Priorem Bath. & Wilhelmum Epiſcopum Wigorn. Ao 12° Henrici III. *Saxonicè.*

Evangelia hæc non dividuntur in Capita nec Verſus, ſed in Sectiones quaſdam, quæ non conveniunt cum noſtra diviſione, nec cum illâ de quâ L. 15.

Ad finem Evangelii Matthæi literis Saxonicis, *Ego Ælfricus ſcripſi hunc librum in Monaſterio Bathonio, & dedi Brightwold Præpoſito.*

Ad

S. Ad finem Evangelii Marci eſt ſcriptum quoddam Saxonice, de Miraculo quodam patrato in Jeruſalem. *Deinde folia quinque exciſa.*

IV. Ad finem Evangelii Sancti Lucæ habetur, 1. Catalogus Pontificum Romanorum à Petro ad Alexandrum, circa An. 1000; licet quatuor ultimi Pontifices non inveniuntur in Helvico.

2. Catalogus Archiepiſcoporum Dorobernenſ. ab Auguſtino ad Anſelmum.
3. Catalogus Archiepiſcoporum Eborac. à Paulino ad Boſan. An. 680.
4. ——— Epiſcoporum Occidentalium Saxonum à Birino ad Wilhelmum, circa An. 1100.
5. ——— Epiſcoporum Schirburnenſium ab Aldelmo ad Aſſerium, An. 910.
6. ——— Epiſcoporum Wellenſium à Sigaro ad Johannem, An. 1057.
7. ——— Epiſcoporum Wiccorum ſive Wigorn. & Gloceſt. à Saxulfo ad Samſonem circa An. 1090.
8. ——— Epiſcoporum Lond. à Melito ad Ealbun, qui ſucceſſit Alſtano, qui ſucceſſit Brightelmo.
9. ——— Roffenſium Epiſcoporum, ut credo, à Paulino ad Godwinum, circa An. 1050.

Etiam Catalogi, licèt imperfecti, Epiſcoporum *Ad Ripam, Haguſtaldenſium, ad Candidam Caſam, Lindisfarnenſium, &c.*

Liber hicce eſt optime ſcriptus, & lectu faciliimus.

V. Homiliarum Saxonicarum liber primus, ſive quinquaginta duæ vel quinquaginta ſex Homiliæ in lingua Saxonicâ, præſertim in Dominicas principales totius anni. Vide Catalogum in Wanlei Catalogo, p. 116. & ad libri initium.

P. 387. l. 13. contra Tranſubſtantiationem. Nota quod hic cùm recenſet verba Salvatoris noſtri, ait, *Edi huncce panem, Hoc iſt Corpus meum.*

Undecima eſt Reſponſio Albini ad Interrogationes Sigewulfi Presbyteri.

VI. 1. Homiliarum Saxonicarum liber ſecundus, ſive viginti novem Homiliæ in linguâ Saxonicâ. Deſunt duæ, quarum in Indice fit mentio. Saltem una & pars alteræ exciſa. Prima eſt eadem omnino cum primâ libri præcedentis. Ita & quinta in Orationem Dominicam, & in Dominicâ primâ poſt Paſcha, & aliæ.

2. Regula Sancti Benedicti in ſeptuaginta duobus vel ſeptuaginta tribus capitibus Latine & Saxonicè. Primo habes caput unum Latinè, deinde caput idem Saxonice, & ſic de quolibet capite.

Inquit Matth. Cant. In hoc libro ſancti diſcitur Lingua Saxonica.

VII. Homiliarum Saxonicarum liber tertius, ſive quadraginta ſex Homiliæ Saxonicæ in Dominicas & Feſta, quarum Catalogum habes ad initium libri, & in Wanlei Catalogo, pag. 123.

Homiliæ in hoc libro, ut plurimum, ſunt eædem quæ habentur in præcedentibus, & ubi credo etiam in ſubſequentibus, ſuper eaſdem Dominicas vel Dies Feſtivalis.

VIII. Homiliarum Saxonicarum liber quartus, ſive ſeptuaginta & una Homiliæ linguæ Saxonicæ in Dies Dominicos, Feſtivos & Martyrum Natales. Vide Catalogum in Wanlei Catalogo, pag. 125. & ad libri hujus initium.

In primâ paginâ legitur, *Ælfricus Abbas tranſtulit.* Homiliæ fere eædem cum præcedentibus, at alio ordine.

IX. Homiliarum Saxonicarum liber quintus, ſive triginta quatuor Homiliæ Saxonicæ linguâ in Dies Feſtivales, &c. Catalogum earum videas in Wanleio, p. 128. & ad hujus libri initium, at utroque in loco paginæ non rectè numerantur.

X. Dialogorum Gregorii Papæ libri quatuor Saxonice tranſlati.

Nota, ad initium Werefertbus Epiſcopus Wigornenſis juſſu Ælfredi Regis libros

S. *Libros Dialogorum Beati Gregorii de Latinitate in Saxonicam linguam tranſtulit.* Roger Hovedon.

XI. 1. Chronica Saxonica, vel Annales vetuſtiſſimi. Scripta An. 23 ætatis Alfredi, nil in prima pagina aſſerimi, non *Ælfredi*, uti in *Hickeſio* & *Jameſio*.

In prima pagina notatur Annus Adventûs Cerdici in Britanniam, An. 495 & Succeſſio Regum Occidentalium Saxonum uſque ad Alfredum, qui cœpit regnare anno ætatis ſuæ viceſimo tertio.

Deinde ſequitur Chronicon ſive Annales a Chriſto nato ad An. 894. ſive ad viceſimum tertium annum regni Ælfredi in antiquâ manu Saxonicâ; continuatur vero in neotericâ, unâ poſt alteram, ad An. 1089. viz. ad obitum Lanfranci.

2. Leges Alfredi, numero centum viginti, cujus res geſtæ hic notantur, Saxonicè, cum eorum Capitulis in initio, & Præfatione.

Ad Legem primam quis notat, *Hæ Leges referuntur ad Inam in Codice Legum Saxonicarum.*

3. Deinde Catalogus Pontificum Romanorum à Petro ad Marinum, An. 880. atque etiam Archiepiſcoporum & Epiſcoporum in Angliâ ad Dunſtani tempora, circi An. 961.

4. Epiſtola Sedulii ad Macedonium Presbyterum, manu valdè antiquâ, & lectu difficili. Deinde ſequitur Poema quoddam Sedulii de Religione Chriſtianâ vel Vita Chriſti: nam in eo invenio, De Paſſione Domini, De Oratione Dominicâ, &c. Pe *Paſchales quin aug dapes.*

Poema licet, ſcribitur tamen continuâ ſerie, verſu uno poſt alterum, Proſæ ad inſtar. Ad finem deſunt nonnulla.

XII. In primo fronte hæc legas. *Hic liber videtur ipſi ſcriptus primò Latinè per Theodorum Archiepiſcopum Septimum Cantuar. & per Ælfricum tranſlatus Anglicè, & continet paginas* 170.

Liber ipſe eſt Collectio quædam Canonum è Niceno Concilio & aliis, in octoginta quatuor capitibus, tum Latinè tum Saxonicè; et deſunt *Contenta* triginta priorum Capitum Latinè, at Capita ipſa hic habentur.

P. 4. ad C. 10 vel Cap. 16. eandem Formam habes tum Confeſſionis tum Abſolutionis cum illa O. 5. At hæc videtur Confeſſio publica non privata, de quâ Can. 30. V. S. 18. p. 170. R. 2. O. 5. T. 1. f.

Canones hi ad Clerum vel Canonicos ſolos ſpectant, & inter eos, inquit, *Epiſcopus vel Archidiaconus habet ſuperiorem poteſtatem.*

Cap. vel Can. 17. ſupponit Canonicos quotidie manibus laborare vel operari.

Can. 30. Vide hic de Pœnitentiâ & Confeſſione privatâ, tum quoad Populum tum quoad Monachos & Clerum.

Can. 42. Canonici debent Populo prædicare verbum ſalutis bis in menſe, vel quolibet Feſto & Dominica.

Can. 63. Duo ſunt genera Clericorum, unum Eccleſiaſticorum ſub regimine Epiſcopali degentium, alterum Acephalorum, hoc eſt, ſine capite; & hi numeroſi ſunt in noſtrâ parte occidui.

Can. 68. Presbyteri qui filios gignunt, removendi ſunt ab Officio ſuo.

Can. 69. vocat Unctionem Infirmorum *Sacramentum*.

Can. 72. Feſtivitates celebrandæ ſunt, Nativitas, &c. Domini, Purificatio & Aſſumptio B. Virginis, Feſta Apoſtolorum, Sancti Laurentii, Martini.

Can. 73. Sacerdotes Populi ſuſcipiant Decimas, & eas dividant in tres partes.

Can. 75. Contra miſſas ſolitarias, ex ipſo Canone Miſſæ.

Can. 84. Contra Dæmonum ſeductionem.

Neminem video hic citatum Gregorii junioris.

S

XIII Homiliarum Saxonicarum liber ſextus, ſive ſexdecim Homiliæ linguâ Saxonicâ, in *Die Pentecoſtes*, in Natalia *Apoſtolorum*, *Martyrum*, *Confeſſorum*, & *Virginum*, in *Octavis Pentecoſtes*.

Larſpell & Scriſt boc ſive Confeſſionale. Admonitio Amo. Larſpell Larſpell In *Litania*. De *Dominica Oratione*, De *Fide Catholicâ*. De *Aſcenſione Domini*. *Nam decima ſexta de duodecim Abuſivis* deeſt.

XIV Homiliarum Saxonicarum liber ſeptimus, ſive quindecim Homiliæ in linguâ Saxonicâ, quarum Catalogum videas in Wanleio, & ad hujus libri initium. Lectu dignæ ſunt, præſertim prima de *Antichriſto*, & quarta de *Baptiſmo*.

In hâc poſteriore invenies *Ceremonias* & *Sponſores* Baptiſmi, & *quod ſunt ſolummodo duo ſacramenta*. In priori, quod ſola *Trinitas* invocanda eſt, non *Sancti*. Sexta, ſeptima, & octava vocantur *Lupi* Epiſcopi.

XV Liber, qui hic vocatur Homiliarum Saxonicarum liber octavus, *is only a Rule or Direction for Nuns or Recluſes, written in very old* Engliſh, *and I believe a good while ſince the Conqueſt. It hath very many* Saxon *as well as* Latin *Words in it*.

Liber hic fuit olim Eccleſiæ de Wigmore in Herefordſhire.

XVI The Red Book of *Darby*.

At the Beginning, in *Saxon*, is a Dialogue between *Salomon* and *Saturnus*, and ſome Adjurations, and a Calendar of the Days of the Moon that are lucky or unlucky, and the ordinary Calendar.

The Canon of the Maſs, beginning, *Te igitur, Clementiſſime Pater*.

This Book is a Miſſal, only it hath a kind of Office for *Baptiſm*, and for *Viſitation of the Sick*, and *Burying of* and *Prayers for the Dead*. It was written before the Conqueſt.

In a Litany it prays, Sancte Alphege, Sancte Judoce, Sancte Grimbalde, Sancte Remei, & Sancta Genetrudis, Sancta Æthelðrida, Sancta Eadberga, Sancta Eadgytha, Sancta Eormenhilda, Sancta Ælgiva, Sancta Sexburga, &c. orate pro nobis.

At the Beginning is a Table of the Feaſts calculated from An. 1061. to 1098. from whence I ſuppoſe this Book was writ *circ.* An. 1061.

Ad quemlibet diem Feſtum ſunt tres Orationes, viz. Secreta, Præfatio, & Poſt Communio, & aliquando plures.

Forma etiam benedicendi Candelas, Panem, Salem, Fruges, Herbas, &c. etiam celebrandi Matrimonium.

Exorciſmi, Execrationes, & Adjurationes, ſi quis furtum fecerit, &c.

Una quæ vocatur deteſtanda Execratio.

Sacramentum Corporis & Sanguinis Chriſti datur ad probationem.

Forma adminiſtrandi Baptiſmum, ubi Signum Crucis fit in dextrâ manu Baptiſati, & Litania.

Baptizato datur Corpus & Sanguis Domini in ipſo Officio Baptiſmi.

Rubrica in hoc Officio ſcripta erat literis rubris & linguâ Saxonicâ, at omnino eſt obliterata.

In Viſitatione Infirmorum, Sacerdos alloquitur Infirmum in linguâ Saxonicâ, & utitur Litaniâ, at non eadem cum illâ in formâ Baptiſandi. Oleo ungitur infirmus, ut ſanitatem recuperet, & etiam ut a peccatis mundetur.

Officium ſepeliendi Mortuos, ubi enixè oratur pro Animâ defuncti, & Miſſa celebratur pro defuncto.

Officium in Commemoratione Martyrum, Confeſſorum, Virginum.

Ad finem libri, *This Book was ſome time had in ſuch reverence in* Darbieſhire, *that it was commonly believed, that whoſoever ſhould ſweare untruly upon this Booke, ſhould run mad.*

S. Pene ad libri initium hæc reperies. Iſti ſunt tres dies præ aliis obſervandi,
XVI. viz. 8 Cal Aprilis, primus dies Auguſti, & 3 Cal Decembris Qui in his diebus hominem vel pecus inciderit, tertiâ die morietur. Si quis in prædictis diebus natus fuerit, malâ morte morietur. In anno ſunt tres dies & tres noctes in quibus ſi quis homo genitus fuit, ſine dubio corpus ejus integrum manebit uſque in diem Judicii hoc eſt, 6. Cal. April. & Idus Auguſti, & 3 Cal Feb. & eſt mirabile myſterium.

XVII. Homiliarum Saxonicarum liber nonus, ſive ſexaginta ſeptem vel ſeptuaginta quatuor Homiliæ linguâ Saxonicâ. Eſt mutilatus in fine, & etiam in initio, ni fallor. Vide harum Catalogum in Wanleio, & ad initium libri.

Excommunicationis forma habetur Latinè in pag 338. & Saxonicè in Wanleo, vol. 2. p. 137.

XVIII. Miſcellanea Saxonicè, ubi hæc habentur.

P 1. Ordinale de diebus, viz Dominicâ Palmarum, de Cœnâ Domini, Paraſceve, &c
8 De Creatione Adami
9 De quinque ætatibus mundi, viz Patriarcharum ad Chriſtum.
10. Sermones Lupi Epiſcopi
Eleemoſynæ ſuperſtitioſæ & Ethnica tradita à Diabolo
15. De Fide Catholica
16. Sermo alius forſan Lupi prædicti
19. Wulfſtani Archiep Admonitio ad diverſos, ubi diſertè negat tertium locum poſt hanc vitam
28 De variis Caſibus *An Wulfſtani neſcio*
31. Ælfrici Epiſtola. Nota ad finem *deeſt Epiſtola ſecunda Ælfrici*
43 Northymbrorum Presbyterorum Lex *V. Spelm Concil* p 495.
46 { Edgari Regis Conſtitutiones tum Politicæ tum Eccleſiaſticæ.
47 { Vide Spelm Concil p 444 & Lambard Archa. p 62. & uti credo correctiores quàm in Lambardo, p. 62, &c
48. Aliæ Leges Anglorum Regum (uti puto nec in Lambardo nec Spelmanno) ubi de Jejuniis quatuor temporum, & Feſto Sancti Edwardi 15 Kal April. & aliis Feſtis, una cum decem præceptis Decalogi (omiſſo ſecundo) & de principalibus vitiis & virtutibus
P 53. Leges Æthelſtani, *at non eædem cum Lambardi, p 45*
Homilia vel Collectio Legum & Exhortationum e Scripturis & aliquando e Gregorio, tum Latinè tum Saxonicè
61. De *Viſione Prophetæ Iſaiæ*, è variis locis illius Prophetæ, tum Latinè tum Saxonicè Similiter de *Jeremiâ*.
66 De Antichriſto, Latinè & Saxon
68. Sermo de Conſummatione Seculi, Sax
71 Sermo in, *Et egreſſus eſt Jeſus è templo* Sax
72 Sermo in, *Et erunt ſigna in ſole.* Sax
74. Alii duo Sermones Sax
80. In verba Ezechielis *de pigris & timidis paſtoribus.*
82. Sermo Lupi ad Anglos, *quando Dani maximè perſecuti ſunt eos, quod fuit Anno 1009*
86. Alius Sermo Lupi
87. Liber Conſtitutionum. Vide Bibl Cott Nero, A 1
93 Leges, uti vocantur, *Ethelredi*, acſi ſunt potiùs fragmentum Legum Canuti, inquit Annotator, An 1014.
V. 19.—2. 96. Leges Edwardi Lambard. p 37.
97. Leges Edgari Vide Spelm Conc. p. 447 & Lambard p 65.
101. De Weregildo ſive pretio occiſi hominis ſecundum Leges Northymbrorum & Merciorum, Sax De Legibus diverſorum Comitatuum, inquit Hickeſius.

103 De

S. 103. De Baptiſmo, Lat. & Sax.

XVIII. 108. De Eccleſiaſticis gradibus, quòd Chriſtus fuit Presbyter, Diaconus, &c.

V. L. 12. 112. De Eccleſiaſticis Officiis & Horis.

p. 314. 115. Confeſſio Peccatorum linguâ Sax. (quam vide Latinè in Lamb. Archa. p. 73.) ubi etiam de modo imponendi Pœnitentiam, de Satisfactione, & de Magnatum Pœnitentiâ.

125. Theodorus, de Ægris qui jejunare non poſſunt.

126. Leges Canuti.

131. De Antiocho Rege & Apollonio. Vide Wanleum, p. 146.

147. De Ethelberti Baptiſmo per Auguſtinum, & de ſanctis Virginibus è domo Ethelberti. Vide Hickeſii Diſſert. Epiſt.

149. Nomina Sanctorum, quorum corpora quieſcunt in Angliâ. Primus eſt Albanus in Wætlingaceaſtre ſive Wærlameceaſtre. Vide hæc

V. lib. al. in Hickeſii Diſſert. Epiſt. p. 115.

39 p. 2. 151. Hiſtoria Jacobi & Iſraelitarum, ab Abramo ad eos deſcendentes in Ægyptum ad Joſephum, Sax.

161. Beda de die Judicii, Sax.

167. Dominicæ Orationis Expoſitio poetica, Saxon. & Doxologiæ, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, &c.

170. Forma *Confeſſionis & Abſolutionis* privatæ, uti opinor. Vide S. 12. Can. 16. Alia eſt hæc ab illa O. 5. & multo largior, & etiam alia ab illa S. 12. Can. 30. uti credo, & valde antiqua, pro Viro & Fœmina. *Abſolutio* eſt ſolummodo *Oratio ad Deum ut illi abſolvat*.

179. Canones quadraginta quinque (tum Latinè tum Saxonicè) ad Eccleſiæ regimen ſpectantes; autor incertus. Vide hos Canones in Spelm. Concil. p. 584.

270. Oſwardi Monachi Epiſtola ad Carolum Regem piiſſimum, *De Martyrologio ampliore condendo*.

T. Tranſubſtantiatio refelli poteſt è p. 113. lin. 29. hujus libri, Ang. *He gave Bread and Wine for his own Body and for his own Blood.*

I. 1. Sermones ſeu Homiliæ plurimæ in *dies Feſtos* à Nativitate ad Pentecoſten. Deinde Sermones ad *Contemplativos*, ad *Sanctimoniales*, *Sacerdotes*, in *Synodo*, in *Dedicatione Eccleſiæ*, ad *Populum*, de *Decimis*, *Excommunicatis*, & de *Virtutibus nonnullis* & *Vitiis*; & aliæ ſumptæ è Sancto Auguſtino præcipuè; una Homilia è Sancto Joh. Chryſ. & poſtremo Epiſtola Pilati ad Claudium.

Pagina una Saxonica.

2. Corpus quoddam Canonum Anglicanorum (linguâ Latinâ at charactere pene Saxonico.) Hi Canones vocantur Theodori, & ſane magnam ſapiunt antiquitatem.

Liber primus horum Canonum habet quindecim Canones, viz. 1. De Crapula & Ebrietate. 2. De Fornicatione. 3. De Avaritiâ furtivâ. 4. De Occaſione Homicidium. 5. De his qui per Hæreſin decipiuntur. (Hic Theodorus citatur, & alibi, *hos Theodorum dixiſſe non credimus.*) Hic mentio fit recitationis nominum mortuorum ad altare. 6. De Perjurio. 7. De multis vel diverſis malis, & quæ non nocent neceſſaria. 8. De diverſo lapſu ſervorum Dei. 9. De his qui *degradantur*, & ordinari non poſſunt. 10. De Baptizatis bis qualiter pœniteant. 11. De his qui damnant Dominicam & indicta Jejunia Eccleſiæ Dei. 12. De Communione Euchariſtiæ & Sacrificio. 13. De Reconciliatione. 14. De Pœnitentiâ nubentium ſpecialiter, ubi, *Si quis Maritus vel Mulier habens votum Virginitatis, jungitur Matrimonio*,

2

T.
I
V. L. 2. p
22.

mine, non dimittat illud, ſed pœniteat tribus annis. Voto ſtulto & impoſſibilia frangenda ſunt 15 De Cultu Idolorum

Liber ſecundus horum Canonum quatuordecim Canones habet, viz. 1 De Eccleſiæ miniſterio & reædificatione ejus 2 De tribus gradibus Eccleſiæ principalibus 3 De Ordinatione diverſorum, ubi *Ritus differentes Græcorum & Romanorum citantur, nec dicitur quibus utendum eſt* 4. De Baptiſmate & Chriſmatione 5 De Miſſa Defunctorum. 6 De Abbatibus & Monachis, vel Monaſterio 7 De Ritu Mulierum, vel miniſterio in Eccleſia 8 De Moribus Græcorum & Romanorum 9 De Communione Scottorum & Brittonum, qui in Paſcha & Tonſura Catholici non ſunt 10 De vexatis à Diabolo 11. De Uſu & Abjectione Animalium 12 De quæſtibus Conjugiorum 13 De Servis & Ancillis 14. De diverſis Quæſtionibus

Deinde ſequuntur decem Interrogationes B Auguſtini, & totidem Reſponſiones Gregorii, quæ omnino conſentiunt cum illis in Beda, l. 1 c. 27. niſi quod in noſtro inſeritur octava interrogatio & reſponſio de Reliquiis Sancti Syxti, quæ habetur etiam in Spelm. Concil p. 99.

Denique habes, uti mihi videntur, Canones nonnullos Pœnitentiales ipſius Theodori, cum *Præfatione & hiſ verſibus.*

Te nunc ſancte ſpeculator,	Hædda fuit Epiſcop Wint.
Verbi Dei digni dator	conſecr Ao 676 mortuus
Hædda pie præſul precor	An. 703. Chr. Sax. &
Pontificum *Apex* decor	Theodori Contemporaneus.
Pro me tuo peregrino	
Preces funde Theodoro	

Canones ipſi ſunt, uti mihi videntur ſeptem (licèt poſteriores tres, viz. *De trinâ incarnatione Chriſti*, *De annis Domini*, & *De Hieroſolyma & in eâ geſtis*, ſeparatim numerantur in iſtis libri) & præſcribunt formam conſitendi & pœnitendi, & deinde quot diebus, menſibus vel annis pœnitere debent ſontes

Ad primam paginam hujus Tractatus eſt quidam Computus pretii pœnitentiæ unius anni vel diei, uti mihi videtur

P. 102. Paginis Saxonices

II. 1. Tractatus de Sphærâ, diviſus in quatuor capitula vel partes.

2. Compotus manualis metricus, diviſus in ſex partes, viz. 1 Invenire Literam Dominicam 2 Aureum numerum 3 4. Feſta immobilia 5 Feſta mobilia 6 Idus, Kalendas, &c.

3 Algoriſmus ſeu Arithmetica

4. Tractatus de Circulis & Theoria Lunæ

5 Theorica trium ſuperiorum Planetarum & inferiorum

6 Philobiblon Ric. de Bury Epiſcopi Dunelm An 1344

7 *Secreta Secretorum* per Philippum Clericum dedicata Guidoni de Valencia, ſive liber moralis de Regimine Dominorum, quomodo Rex ſe gerere debet, qui ſcriptus ſupponitur ab Ariſtotele ad Alexand. Regem, cum Prologo Johannis Tranſlatoris.

III. 1 Liber de Doctrinâ tacendi & loquendi, &c Pr. *Initio*, &c. continet capita 137

2 Albertani Cauſidici Brixienſis Sermones ſex

IV. 1 Liber Martini Epiſcopi ad Mironem Regem de quatuor Virtutibus. *Nota Marginalis*, Fertur eſſe libellus Senecæ Princ *Glorioſiſſimo*

2 Liber Ferrandi Diaconi ad Reginum Comitem Princ *Sæculi Vitæ*

3 Sermo Ambroſii Autberti de Cupiditate Princ *Sanctorum Eccleſiam*

T. V. 1. Ricardi de Sancto Victore, de Contemplatione, ſive de duodecim Patriarchis Princ. *Benjamin adoleſcentulus* V. 14——11
2. Petrus Alphonſus de Confutatione Judæorum Princ. *Uni & æterno*
3. Epiſtola Dioſcori ad S. Auguſtinum, & Epiſtola Auguſtini ad Dioſcorum Pr. *Prœmium*

VI. Ivo Carnotenſis (ut puto) de convenientia veteris & novæ Legis Sacramentorum
Ejuſdem Epiſtolæ nonaginta quinque, & una Urbani Papæ ad illum & populum Carnotenſem
Fletus Eccleſiæ Anglicanæ ob mortem Anſelmi. Verſu
Epiſtolæ 215 Sancti Anſelmi, primò Abbatis Beccenſis, deinde Archiep. Cantuar.

VII. Fulgentii (ut opinor (certe Afri & Viri Conſularis) Epiſtolæ (ut hic mentio Antonii & *Creſconii*) Princ. *Ne mihi vitio vertatur*
Parabolæ Salomonis ſecundum Heb. veritatem, tranſlatæ ab Euſebio Hieronymo Presb. cum Gloſſâ ordinariâ & interlineari.

VIII. Liber Eccleſiaſtes, ejuſdem tranſlationis & cum Gloſſâ
1. Summa Domi Berengarii Cardinalis, magni Penitentiarii Domini Papæ, de omnibus caſibus Juris, in quibus quis eſt excommunicatus ipſo facto.
2. Tractatus Fratris de Bonâ Gratiâ. Pr. *Religioſi*
3. Fr. Rogerus de Conway, contra Armachanum
4. Caſus Abſtracti a Jure per Fr. Hermannum de Saxoniâ de ordine Fratrum Minorum.
5. Tractatus alius de Caſibus Excommunicationis in undecim particulis.

IX. 1. Hildeberti Cenomanenſis Epiſcopi Epiſtolæ
2. Expoſitio moralis ſuper ſomnium Nebuchodonoſor.
3. Petri Alphonſi Diſciplina Clericalis.
4. Tractatus de Sibyllis.
5. Geſta Apollonii
6. De Generatione primi hominis & ejus lapſu
7. Expoſitiones Petri Bleſenſis in Job ſinus (?) ſatum.
8. Tractatus Parvus de quinque ſenſibus
9. Tractatus Magiſtri Achardi de diviſione Animæ & Spiritus.
10. Sermones Doctorum de Feſtivitatibus Beatæ Mariæ

X. Libri octo Ariſtotelis Politicorum de novo tranſlati per Leonardum Aretinum, Dedicati Humfredo Duci Gloceſtriæ

V. I. Joh. Capgrave, de Henricis multis clariſſimis, Imperatoribus, Regibus, Comitibus, Doctoribus, ad Henr. VI. Angliæ

II. 1. Baldewinus Archiep. Cant. de Sacramento Altaris.
2. P. 132. Compendium Guafridi de Corpore Chriſti & Sacramento Altaris.
3. {147 / 353} Ep. Leodienſis contra Brunonem & Berengarium ad Henr. R. Francorum
4. 149. Anſelmus de Corpore & Sanguine Domini.
5. 175. Obitus Berengarii
6. 176. Lanfrancus de Corpore & Sanguine Domini contra Berengarium
7. 210. Guymundus de Corpore & Sanguine Domini, in lib. 3.
8. 292. Rabanus de Corpore & Sanguine Chriſti.
9. 345. Sermones B. Auguſtini de iiſdem.
10. 348. Sermo Euſebii Emiſſeni de iiſdem.
11. 367. Gennadius de Viris Illuſtribus.
12. 386. Iſidorus Hiſpal. de Viris Illuſtribus.
13. Oroſius de Viris Illuſtribus.

14. P. 408.
I

V. 14 P. 408 Hieronymus de Continentia Virginali.
15 421 Quod juſtè & caſte vivendum.
II 16 433 Ægidius Romanus de Corpore Chriſti vel Sacramento Altaris.
17 583 Joh. Taſſington de Sacramento Altaris. Determinatio Oxon. An. 1381.
18 Tractatus de Pœnis & Culpis.

III Liber Baldwini Arch. Cant. de ineſtimabili Sacramento Veteris & Novi Teſtamenti. *Hic liber ſcriptus manu ejus propriâ, dum erat Archiep. Cant. Annot.*

IV Macrobius de Saturnalibus.
Somnium Scipionis Minoris Africani.
Macrobius ſuper Somnium Scipionis.
Tractatus Philoſophicus. Pr. *Platoni habitudo Corporis cognomentum dedit.*
Alter. Pr. *Conſideranti mihi Fauſtine*
Apuleius de Deo Socratis.
Epiſtolæ duæ Geometricæ. Prima ſcripta Silveſtro Summo Pontifici & Philoſopho. Secunda ſcripta Adelbodo per Gerbertum. Omnia charactere antiquo & eleganti.

V Evangelia quatuor Latine, nitidiſſimè ſcripta & ornata.
Deſunt Matt. & Marc. i. verſus primi, & Lucæ i. quatuor verſus priores, & forſan alia hujuſmodi Joh. i. 1.
Evangelia hæc diviſa ſunt in Capita modo moderno, atque etiam in Capita vel Sectiones more antiquo, viz. Matthæi Evangelium dividitur in Sectiones vel Capita 356, Marci in 234, Lucæ in 342, Johannis in 232.
Notantur Lectiones ex Evangeliis ad dies feſtos & ferias per totum annum.
Ad Libri initium, Tabula Lectionum quolibet Die Feſto per totum annum.
Hinc colligas Evangelia hæcce in uſu non fuiſſe in Britannia, quoniam nulla hic mentio Sanctorum Britannicorum vel Anglicorum, niſi forſan excipias Sanctum Auguſtinum Anglorum Apoſtolum.

W. Ad marginem notantur loca parallela quatuor Evangeliorum.

I. 1 Sermo Sancti Auguſtini de Præſentia Dei ad Dardanum.
2 Epiſtolæ Pauli ad Senecam & Senecæ ad Paulum.
3. Rathramnus *de eo quod Chriſtus ex Virgine natus eſt.*
4. Rathramnus de Animâ.
5 Sermo de Aſſumptione Sanctæ Dei Genetricis Mariæ.
6. Sermo alius de eadem.
7 Sermo B. Hieronymi de eâdem, & p. 127 & 130.
8. Sermo alius de eâdem.
9. Scholia ex libro Paſchaſii Rom. Eccl. Diaconi, de Genealogia Chriſti ſecundum Matthæum.
10. Sanctus Ambroſius de Nativitate Mariæ Virginis.
11 ——— Idem de Aſſumptione Mariæ.
12 Eadmeri Epiſtola ad Gulielmum Monachum de hoc Tractatu Anſelmi de æternâ Beatitudine.
13 Tractatus ipſe Anſelmi de æternâ Beatitudine.
14. Anſelmus de Converſatione Monachorum.

II 1. Paſſio Sancti Athelberhti Regis & Martyris, ſcripta per Osbertum Monachum de Stoke Clare, inquit Baleus.
2. Elucidarius, Anſelmi, *inquit Eſpencæus.* Pr. *Sæpius.*
3. Ivonis Carnotenſis Epiſcopi Epiſtola Virginibus in Dimenſi Monaſterio Sancti Aviti.
4. Sermo de Beatâ Virgine.

III 1. Vita Sancti Guthlaci per Felicem Crowlandium ſcripta ad Ælfwoldum Regem Orientalium Anglorum, literis Saxonicis exarata, annis abhinc, credo, 700 vel 800.

a. Flori-

W. III. 2. Floriloquium Philoſophorum Johannis Wallenſis
3. Breviloquium de Philoſophiâ ſeu Sapientia Sanctorum
4. Tractatus de Legibus, alias de Decalogo. Pr. *Scribam eis multiplices leges meas*
5. Sanctorum Exempla & Collectiones de *Penitentiâ*.
6. Tractatus de Ente & Eſſentiâ Fr. *Thomæ*.

IV. 1. Literæ multæ Univerſitatem Oxon. concernentes, præſertim circa An. 1400. & deinceps. *Fuit hic liber Warhami Archiep.*
2. Ars ſermocinandi in duobus Tractatibus.
3. Themata pro ſermonibus per totum annum.
4. Sermones tredecim.

Sub B.

I. Joh. Tinmouthenſis Hiſtoriæ Aureæ pars prima in libris undecim, continet hiſtoriam ſacram & profanam à Creatione ad Diocletianum, & præſertim Vitas Sanctorum. Hoc opus hoc aliquando vocatur *Sanctilogium*.

Deſunt tria vel quatuor folia ad initium & calcem libri, ſive partem Indicem hujus libri.

In primâ paginâ hæc habes. Vir Venerabilis Dominus Wilhelmus Wyntſhull quondam hujus Monaſterii Monachus, inter plurima beneficia quibus honorem hujus Eccleſiæ multipliciter ampliavit, hanc hiſtoriam, quæ dicitur Aurea, & in partes duas dividitur, non ſine magnis ſumptibus fecit conſcribi. Quod opus in Libraria Conventûs ad opus Clauſtralium voluit remanere. Cujus donum autorizando confirmavit Reverendus in Christo hujus Monaſterii Pater & Abbas Dominus, viz. Joh. Whethamſtede ſacræ Theologiæ Profeſſor, prædictumque librum in duobus Voluminibus ut prædicitur diviſum, ad opus ſui Conventûs, pro futuris temporibus perenniter ſtabilivit. In fronte primæ paginæ, *Hic eſt liber Sancti Albani de Librariâ Conventûs*.

II. Joh. Tinmouth Hiſtoriæ Aureæ pars ſecunda, à Diocletiano ad mortem Edw. III. An. 1377. una cum vitis Sanctorum. In fronte primæ pag. *Hic eſt liber Sancti Albani de Librariâ Conventûs*.

III. Supplementum Hiſtoriæ Aureæ Joh. de Tinmouth, ex Cœnobio Sancti Albani, id eſt, pars majoris hiſtoriæ Thomæ Walſingham. Pr. An. 1377.
Continet Continuationem Hiſtoriæ Joh. de Tinmouth, ab An. 1377. ad An. 1422. ſive mortem Henrici V.
P. 183. Hiſtoria Abbatum & Conventus Sancti Albani a morte Thomæ de la More Abbatis, An. 1396. ad An. 1399.
P. 203. Catalogus Benefactorum Monaſterii Sancti Albani ab Offa Rege, An. 793. & ſtatus Monaſterii uſque ad An. 1410.

IV. Speculum Hiſtoriæ Vincentii, ſive Hiſtoria Univerſalis ab Orbe condito ad mortem Valentis Imp. An. 380. in lib. 14. ubi multa de Sanctis & eorum geſtis.

V. Acta quædam Arthuri Regis, or the Hiſtory of King *Arthur* in old *Engliſh* Verſe.

VI. Vitæ Patrum vel Paſſionale.
Ad initium eſt Calendarium antiquum Anglicum, quo in hoc memorantur Sancti præſertim Anglici.
Scriptum hoc Calendarium An. 1032. & continuatum uſque ad An. 1094. nec reperies Sanctum Ælphegum antiquiorem. Vocatur Sanctus Martinus *Patronus noſter*.
Hic habes vitas quamplurium Sanctorum, è quibus Anglicæ originis fuere Rumwaldus & Judocus. Scriptus eſt hic liber charactere antiquo & & pænè Saxonico.

Specul.

Sub B. VII. Speculi Hiſtoriæ Vincentii pars ſecunda, quæ continet libros, nonum, decimum, uſque ad decimum ſextum. Vide partem primam *Sub B* IV.

VIII. Speculi Hiſtorialis Vincentii pars tertia, continens libros decimum ſextum, decimum ſeptimum, &c. viceſimum quartum, uſque ad tempora Caroli M. & Irenæ.

IX. Liber Gallicus male ſcriptus, de Conjugio Mariæ Franciæ Reginæ, cum Carolo Brandon Duce Suffolciæ.

Sub C. I.
1. Moralium Gregorii Tabula magna, cum aliis.
2. Liber qui dicitur Rechnatorium Animæ ſumtum ex operibus Gregorii.
3. Speculum Gregorii cum multis Tabulis.

II. Libri Canonici Veteris Teſtamenti (in Volumine maximo) ſecundum Tranſlationem vulgatam Latinam, cum præfationibus B. Hieronymi.
Geneſis dividitur in Capitula 79.
In hoc Volumine continentur ſolummodo Pentateuchus, Joſua, Judices, Ruth, Samuelis, Regum lib. 2. Prophetæ omnes, Baruch & Job.
Literæ initiales Librorum picturis ornantur.

III. Decreta Gratiani.

IV. Libri veteris Teſtamenti ſecundum tranſlationem Vulg. Lat. in maximo Vol. cum Præfationibus Hieronymi.
Geneſis dividitur in cap. 84. Exodus 149, &c.
Liber hic ejuſdem pene characteris & molis & ornatûs ac iſte ſub C. 2. at non in eadem Capitula dividuntur libri ſacri.
Deſunt in hoc Volumine libri Job & Baruch.

V. Job & libri reliqui Veteris Teſtamenti, & omnes libri Novi Teſtamenti, continentur in hoc ſecundo Volumine, una cum Præfationibus Hieronymi & libris Apocryphis.
Ante Evangelia habes Canones decem ad conferenda & intelligenda diverſa loca Evangeliorum.
Evangelia dividuntur in Capitula ſive Sectiones, ſicut in V. 5.
Epiſtolæ Canonicæ præponuntur Epiſtolis Paulinis.
Poſt Epiſtolam ad Hebræos, & ante Apocalypſin, inſeritur Epiſtola Pauli ad Laodicenſes.

VI. Several Treatiſes of *Wicklef* againſt the Errors and Faults which he found in all ſorts of Men in his time.

Sub D. I.
1. Iſidorus de Ortu & Obitu Sanctorum.
2. Petrus de Monte ad Humfredum Ducem Glocestriæ. Pr. *Tuas eximias laudes*.
3. Iſocrates ad Demonicum, Latiné.
4. Plutarchi Sermo de Virtute & Vitio, cum Præfatione Cincii Romani.
5. Socrates de Morte contemnendâ, ex tranſlatione Cincii.
6. Lucianus de Amicitia, traductus per Angelum Aretinum, ut puto.
7. Liber Xenophontis, de Tyranno, tranſlatus per Leonardum Aretinum.
8. Baſilius Magnus ad Juvenes, tranſlatus à Leonardo Aretino cum præfatione Leonardi.
9. Iſagogicum Philoſophiæ Moralis, compilatum per Leonardum Aretinum.
10. Apologia Socratis per Platonem cum Prologo Leonardi.
11. Platonis Cato Lat. cum præfatione Leonardi.

II. Liber qui vocatur *Corpus Canonum*. Continet primo Epiſtolas & Decreta Romanorum Pontificum à Sancto Petro & Clemente ad Gregorium VII. Deinde ſequuntur Canones Apoſtolorum 49. Symbolum Nicenum & Canones Niceni. Canones Concilii *Ancyrani*, *Neocæſarienſis*, *Gangrenſis*, *Sardicenſis*, *Antiocheni*, *Laodicenſis*, *Conſtantinopolitani* primi,

S cum

Sub D. cum ſymbolo, *Epheſin*, *Chalcedonenſi* (ubi numerat ſolum Canones 26) cum Edicto Martiani

II Deinde ſequuntur Concilia Latinorum, viz.

Africana, viz. *Carthaginenſe* primum, quod habuit Canones 14 *Carthag* 2 *Can* 13 *Carthag* 3 *Can* 49 *Carthag* 4 *Can* 105 *Carthag* 5 *Can* 15. *Carthag* 6 *Can* 9. cum Epiſtola a Pontif Rom & ad eundem de Canonibus Nicenis. *Carthag* 7 *Can* 5 *Conc Milev* *Can* 26

Gallicana, viz. *Arelat* 1 *Can* 24. *Arelat* 2. *Can* 24 *Arelat* 3 *Valentinum*, *Can* 5. *Taurinat* *Can* 7 *Regenſe*, *Can* 6 Concil *Araſicana* *Can* 31 Concilium *Vaſenſe*, *Can* 9 *Agathenſe*, *Can* 72 *Aurelian* *Can* 27

Concilia Hiſpanica, viz. *Illiberitanum*, *Can* 81 *Terracon* *Can* 13 *Gerund* *Can* 10 *Cæſar Auguſt.* *Can* 9 *Ilerdenſ* *Can* 16 *Valentin* *Can* 6. *Concilia Toletana* 13. *Bracar Concil* 1 *Can.* 42. *Bracar* 2. *Can* 12 Canones Collecti ex Orientalium Synodis per Martinum Bracarenſem Epiſcop. & à Bracarenſi Synodo excerpti, qui Clericos ſpectant, Can 68 qui Laicos Can 16 *Conc Bracar* 3 *Can* 10 *Hiſpal* 1 *Can* 2 *Hiſpal* 2. *Can* 13

Epiſtola Lanfranci Cantuar ad Epiſcopum Hiberniæ

Poſtremo Catalogus Rom Pontificum à D. Petro ad Calixtum II circa An 1124

III Euſebii Cæſar Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri novem, cum aliis duobus libris Ruffini, qui Euſebium continuat. Scripti, ut opinor, per Richardum Monachum

IV

1. Parabolæ Salamonis, Eccleſiaſtes & Canticum Canticorum, cum Gloſſa
2. Prologus Willhelmi Abbatis Sancti Theodori in vitam Sancti Bernardi, una cum vita ipſa, & ſubſcriptio operis præcedentis per Burchardum Abbatem Balneuſem
3. Liber ſecundus vitæ Bernardi, cum Prologo Arnoldi Abbatis Bonevallenſis
4. Tres ultimi libri, quos edidit Gauſridus Abbas Clarevallenſis de vita Sancti Bernardi
5. Vita Sancti Malachiæ Archiepiſcopi Hibernenſis, ſcripta per Sanctum Bernardum, & Miraculum de quodam educto de Corpore, tempore Malachiæ
6. Apologeticus Beati Bernardi
7. Duæ Epiſtolæ Bernardi contra Hæreſes Petri Abelardi
8. Bernardus de Diſpenſatione & Præcepto ad Monachos Carnotenſes
9. Bernardus de gradibus Humilitatis
10. ——— de diligendo Deo
11. ——— de Conſideratione ad Papam Eugenium libri quinque.
12. Serlonis Expoſitio in Orationem Dominicam
13. Eulogium Johannis Cornubienſis ad Alex Papam III
14. Expoſitio Bedæ Venerabilis ſuper ſeptem Canonicas Epiſtolas.

Præfatio Bedæ Presbyteri de vita Sancti Cuthberti Lindisfarnenſis Epiſcopi, ad Eadfridum Epiſcopum, una cum ipſa vita Cuthberti à Beda conſcripta, lingua Latina & charactere Saxonico valde antiquo

Deinde Catalogus Pontificum Rom uſque ad Adrianum III An 884.

Deinde nomina LXX Diſcipulorum Chriſti.

Dein nomina Archiepiſcoporum Dorobern Eccleſiæ ab Auguſtino ad Wulfhelmum An. Chriſti 925 manu eadem antiquâ & ad Matt Parkerum continua

Epiſcoporum Hrofenſis Eccleſiæ ad Beornmod An 802

Epiſcoporum Orientalium Saxonum ſeu Londin. ad Ceolberht An 830

Epiſco-

Sub D. V. Epiſcoporum Auſtralium Saxonum ad Suthheard
Epiſcoporum Occidentalium Saxonum Birinus, Agilberht, Wine, Leutherius, Hedde Deinde in duas parochias diviſa eſt, altera Wentacenorum Eccleſiæ, altera Scireburnenſis Eccleſiæ
Wentanæ Civitatis Epiſcopi à *Daniel* ad *Frithestan* & *Ælpheah*
Deinde Wintonienſis Eccleſia in duas Parochias diviſa eſt tempore Frithestani, unam tenuit Frithestan & alteram Æthelſtan, poſtea Oda; deinde in tres Parochias diviſa eſt, Wellenſis Eccleſia & Cridenſis Eccleſia
Epiſcopi Scireburnenſes, primus Adhelm, decimus ſextus Ælfiod.
Epiſcopi Wellenſes, Æthelmus, Wulfhelmus, Ælfheah
Cridenſis Eccleſiæ, Eadulf, Æthelgar.
Epiſcopi Hwicciorum poſt Sexwulfum Primus Boſel, decimus Heaberht
Epiſcopi Provinciæ Merciorum Primus in Provinciis Merciorum & Lindisfarorum ac Mediterraneorum Anglorum Epiſcopus fuit Diuma. Secundus, Celiſhambo de Scotis Sextus, Wynfrith Septimus, Sexwulf Poſtea vero in quinque Parochias dividitur Poſt Sexwulfum Provincia Merciorum duos Epiſcopos habuit, Headdan & Wilfridum Poſtea Wilfridus, Sextus, & Hedda pariter regebant ambas provincias, deinde Aldwine, qui & Wor nominabatur Iterum diviſa eſt in duas Parochias. Primus Torhelm, &c Vide hic ſuſè de Epiſcopatibus & Epiſcopis Saxonum vel Anglorum in Anglia
Deinde Genealogia Regum Britanniæ ſeparatim in diverſis locis *Ubi erat*, quod in hac Genealogia vix ad An 870 uſſibi deſcendunt
Tractatus de Titis Incarnatione Chriſti, & de menſuris ſacris & profanis.
Epiſtola Bedæ Johanni Presbytero, de ſequenti Opere
Bedæ liber de Miraculis Sancti Cuthberti Epiſcopi in verſibus Latinis, charactere tamen Saxonico. Et Hymni Sancti Cuthberti, & Preces ad ejus Miſſam, & Lectiones in illius Feſtis.
Totus hic liber Latinè ſcriptus, ſed literis Saxonicis

VI Decretales Gregorii

VII
1 Prophetiæ Ambroſii Merlini, cum earum Expoſitione
2 Hiſtoria quædam Angliæ ab An 1066 ad An. 1274. *Et mihi videtur Epitome quædam Matth. Pariſii Certè non eſt Caradoci contra Jameſium*
3 Tranſactiones quædam inter Civitatem London. & Barones de Scaccario, tempore R. Johannis
4 Modus & Ordo de Itinere Juſtitiariorum Domini Regis ad Turrim London
5 Magna Charta, ut mihi videtur, & aliæ Chartæ & Statuta, ſive Declarationes Regum Johannis, Henrici III An 1253 Maii 18 & etiam Ricardi I præſertim concernentia Civitatem London.
6 Exceptiones quas Juſtitiarii propoſuerunt Civibus London ſuper placitis, Anno Henrici III decimo, & Reſponſiones eorundem ſingulis Exceptionibus.
7 Ordinatio Edw. I. contra Felonias, linguâ Gall
8 Leges & Libertates conceſſæ à Willielmo Conqueſtore, anno regni ſui quarto

VIII Decreta Ivonis Carnotenſis, diviſa in partes 17 *licet notantur* 18
Hic liber fuit quondam de Clauſtro Eccleſiæ Chriſti Cantuar.

IX De quinta Eſſentia omnium rerum tranſmutabilium, ubi habes multa ſecreta & mirabiles Operationes, de Lapide Philoſophico, &c

X Liber alius ejuſdem continens cum præcedente, viz Raymundi Lullii, &c. de Lapide Philoſophico, &c

Google

Sub D. XI. 1. De gradibus & virtutibus Simplicium, ſecundum Dioſcoridem, &c
2. Tractatus de Lapidibus pretioſis metrice ſcriptus, *viz. ubi reperiuntur, quarum ſunt virtutes, &c.*
3. Liber aureus de doloribus & morbis cujuſlibet partis corporis, & eorum curationibus
4. Vindicianus de Urinis.
5. Tractatus de Ægritudinibus ſingularum partium Corporis.

XII 1. Imago Mundi compoſita per Henr. Canonicum; eſt quædam Geographia antiqua. Vide Contenta pag. 3. cum Mappa Terræ ſatis rudi. Dedicata Henrico Imperatori, qui duxit Matildam, filiam Henrici I. Regis Angliæ. Vide p. 116. hujus Voluminis.
2. Lib. 1. Genealogia Wodeni ab Adam, & Regum noſtrorum à Wodeno, cum picturis Fortunæ & Wodeni, & hiſtoria brevi Heptarchiæ in Angliâ ad Hen. II.
Lib. 2. De Geſtis Pontificum, ubi Succeſſio Epiſcoporum, Cantuar. Roffenſ. London. Selſeyenſ. Winton. & omnium Epiſcoporum Angliæ ad tempora Henrici II. An. 1187.

V. C 7. ſub D 5. *Ex hoc Libro & C. 7. & ſub D. 5. colligas ſucceſſionem ferè omnium Epiſcoporum Angliæ.*
Prologus Libelli Gillæ Epiſcopi Limericenſis, De uſu Eccleſiæ.
3. De Confeſſione in ultimo, Teobaldus Stampenſis ad Robertum Lincoln.
4. Deſcriptio ſex Alarum & triginta Pennarum Cherubim, per Clementem Priorem Clandioceſtriæ.
5. De tribus in Pœnitentia conſiderandis.
6. Sermo de quatuor generibus Confeſſionis.
7. P. 1. Hiſtoria Hieroſolymitana abbreviata uſque ad tempora Ricardi I. Angliæ. Pr. *Terra Sancta.*

V. G. 6. P. 67. Itinerarium Terræ Tartarorum per Rubrue.
110. Itinerarium uſque ad Paradiſum Terreſtrem.
116. Liber de Imagine Mundi, pars prima. Hic liber ſcriptus & factus per Henricum Canonicum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Civitatis Moguntiæ. *Eſt idem liber cum priore parte tractatus illius ad initium hujus Voluminis.*
127. Deſcriptio Regionis Indiæ, & de Presbytero Johanne.
130. Tractatus de Sphæra per Robertum Lincoln. ſcriptus An. 1283.
139. Hiſtoria de Geſtis Barlami & Joſaphat.
208. Secunda pars de Imagine Mundi. *Partem priorem habes*, p. 116. *Vide ad initium hujus libri.*
214. Chronica ab Adam uſque ad Henricum Imperatorem. Vide eandem ad initium hujus libri, p. 43.
222. De Expulſione Adami è Paradiſo, tum proſa tum verſibus Gallicis.
228. Deſcriptio Terræ Sanctæ. Pr. *Honorius Papa.*
231. De ortu & vita Pilati & Judæ.
233. Viſio cujuſdam Monachi in Miſſa, An. 1209.
235. Informatio B. Mariæ de modo Orandi.
236. Liber Methodii de Principio & Fine Mundi.

Libri

Libri Manuſcripti qui ſequuntur non habent Pluteos ſibi proprios, ſed inter Libros impreſſos ſunt interſperſi.

1—1. A Commentary on the Pſalms. The ſeveral Verſes of the Pſalms are in Latin, and the Commentary on them in old *Engliſh*.
So alſo on the Hymns of *Hezekiah*, *Hannah*, *Moſes*, the *Te Deum*, of *Zachariah*, *Simeon*, the Three Children, *Athanaſian* Creed, *Magnificat* with a Commentary. Laſt of all a Letany, with many Saints prayed to, to pray for them.

1—3. Opuſcula nonnulla Sancti Auguſtini, viz. Reſponſiones ad Quæſtiones Oroſii, Dulcitii, &c. cum Comment. in Evang. Johannis.

1—11. Speculum Fidei, in lib. 4. per Robertum Crickladenſem cognomento Canutt.

2—6. Johannes Colet in Epiſtolam ad Romanos, cum Prologo ſcripto manu Cuthberti Epiſcopi Dunelmenſis.

2—7. Sermones Johannis Felton in ſingulis Evangeliis Dominicalibus per totum annum. Claruit An. 1440.

2—13. Regulæ Paſtorales Gregorii Papæ Urbis Romæ, ſcriptæ ad Johannem Epiſcopum Ravennæ urbis in Cap. 65. Scriptæ ſunt antiquâ manu & literis pene Saxonicis.
Ad finem Hiſtoria Legionis Thebææ, ut vocatur, licet imperfecta.

2—14. Arithmetica Boetii, ſcripta manu valde antiquâ & literis Saxonicis. Patri *Domino meo Patricio*——*Boetius ſalutem*. Cum Prologis Reſiboti & Nicomachi in lib. 2.
Ad finem libri primi, *Anicii Manlii Severini Boethii & Inlegis Conſulis Urbem Patricii Inceptionis Arith. liber primus explicit*.
Deſunt ad finem nonnulli, viz. à Cap. 52. ſecundi libri.

3—3. Ric. Hampul, ſuper Pſalterium, in *Pſalmum* xx. *Cantica Scripturæ*, & *alia nonnulla* ejuſdem.

3—5. Regnum Regis Jeſu Chriſti, ſive Expoſitio ſuper Pſalmum lxxii. ad D. Crammerum Reverendiſſ.

3—13. Numerale Ricardi Cancellar. Cantabrig.
Hugo de Sancto Victore de Diſciplinâ, de Baptiſmo, Euchariſtiâ, Pœnitentiâ, & Confeſſione & Abſolutione.
Remigii Altiſiodorenſis Expoſitio in celebratione Miſſæ.
Dictionarium quoddam ſeu Latina Explicatio vocum Latinarum difficiliorum, ſcriptum tamen literis Saxonicis, valde antiquum. *Hibernia* redditur *Scotbia*.

3—24. Epiſtolæ Petri Bleſenſis 115.

8—6. Hiſtoria major Thomæ Rudburn. Deeſt caput primum & pars ſecundi.
Continet hiſtoriam Angliæ ad Annum octavum Regis Stephani, ſive An. 1142.

9—1. Hiſtoria novorum in Anglia, autore Eadmero, ab Edgaro Rege ad An. 1122.

9—2. Chronicon extractum e libro Roffenſi. Continet præcipuè Hiſtoriam Eccleſiaſticam Angliæ à Lucio Rege, An. 179. ad An. 1377.
Ad finem libri notâ. *Præfata hiſtoria Roffenſis, niſi cùm agat de rebus Eccleſiæ Roffenſis, iſt omnino eadem cum Hiſtoriâ quæ dicitur Flores Hiſtoriarum.*

9—3. Chronica Radolphi nigri de Anglia & Francia ad An. 1224. Poſt An. 1178. dicuntur additiones Monachi de Coggeſhale.
Chronica Terræ Sanctæ ſive de Captione Jeruſalem, viz. per Saladinum

9—4. Chronica tempore Regum Stephani & Henrici II. (Notat quæ *ſumpta à Math Pariſ.*) ab An. 1136 ad An. 1179
Hiſtoria etiam ab Anno 44. Henrici III. ad obitum ejus.
Leges & Inſtitutiones Inæ Regis 80
V 19—2. Aluredi Regis Weſt-Saxonum 51
Aluredi & *Gdrumi* Regis Eaſt-Angliæ.
Edwardi ſenioris, *Adelſtani*, *Edwardi*, *Edgari*, *Ethelredi*, *Canuti* Leges 111
9—5. Bedæ Preſbyteri Hiſtoria Gentis Anglorum libb. 5.
De Naturis Rerum. Imperf.
9—6. Hiſtoria Alexandri Magni Regis Macedonum, ortus, vita & obitus Pr. *Egypti Sapientes*
Epiſtola Alexandri Magni, quam ab Indiâ Magiſtro ſuo Ariſtoteli miſit.
Epiſtolæ inter Dindimum Regem & Alexandrum Magnum.
Geſta Alexandri Magni Imperatoris & Regis Macedonum
Willelmi Bateman, Epiſcopi Norwicenſis Viſitatio Prioris & Capituli Eccleſiæ Norwicenſis, & ejus Injunctiones
De calumnia & injuriis per Will. Bateman Norwicenſ. Epiſcop. in Monaſterio Sancti Edmundi illatis, & per merita Sancti Edmundi finitis, und cum gravaminibus Monaſterii Sancti Edmundi
Itinerarium cujuſdam Anglici Terram Sanctam & alia loca ſancta viſitantis
Acta bellicoſa Edwardi III. Regis Angliæ, & Edwardi Principis Walliæ ejus filii, quæ fecerunt in mari & regno Franciæ, à penultimo die menſis Junii, An. 1346. & deinceps.
9—7. Chronica Martini Papæ Capellani & Pœnitentiarii. (Hic Johanna Papiſſa inter Pontifices Romanos numeratur) ad An. 1274. in quo coronatur Edwardus I. Rex Angliæ apud Weſtmonaſterium, in Eccleſia Sancti Edwardi miræ pulchritudinis, quam Pater ſuus conſtruxerat
Liber Provincialis, ſeu Notitia Epiſcoporum, præſertim ſub Patriarcha Romano, Antiocheno, & Jeroſolymitano.
Sub Archiepiſcopatu Eboracenſi Suffraganei ſunt Epiſcopi Dunelmenſis & Candidæ Caſæ in Scotia
In Hibernia numerantur Archiepiſcopatus & Epiſcopatus circiter 48.
Notitia Eccleſiarum in quolibet Decanatu in Comitatu Suffolc. cum Decimis ab iis ſolvendis
Taxatio & Decimæ ſolutæ à qualibet Domo Religioſâ, propter Spiritualia vel Temporalia, quæ poſſident in Comitatu Suffolc.
Feoda Baronum in Comitatu Suffolc. de quibus auxilium eſt conceſſum Regi Henrico III. ad maritandam ſororem ſuam Romano Imperatori.
9—8. Paſſio Sanctæ Katharinæ & Sancti Alphegi in Carminibus reſonantibus, & de Sancto Albano.
9—9. Hiſtoria Francorum, ſcripta ad mandatum Henrici V. Imperatoris, cujus uxor fuit Matilda filia Henrici I. Regis Angliæ. Continet Hiſtoriam Galliæ, Germaniæ, & Italiæ, uſque ad An. 1114. quando Henricus Imperator uxorem duxit Matildem. In quibus nuptiis celebrandis Dux Boemiæ ſummus Pincerna fuit.
10—2. Chronica bona, ſeu Epitome Chronicorum à Bruto ad Henricum VI. Angliæ.
11—4. Almanac Prophacii Judæi, und cum Tabulis motuum Solis & Lunæ, &c. per Rob. Lincoln. & Petrum de Dacia.
11—5. Fr. Laurentii Gulielmi nova Rhetorica. Liber impreſſus.
11—6. Epiſtolæ ſeu Dictamina Magiſtri Petri de Vineis, Amanuenſis Frederici II. Imp. In libb. 5.
11—7. Forma componendi Epiſtolas. Pr. *Ad omnipotentis Dei laudem.*

1. De

11—8 1 De Succeſſione Comitum Ceſtriæ à Hugone Lupo ad Johannem Scotum

An 1254 Edwardus filius Henrici III factus eſt Comes Ceſtriæ

2 De Origine Anglorum & Saxonum, & Regibus in Anglia ab Adventu Saxonum ad Henricum III An 1216

Inquit An 1102 *Sanctus Anſelmus tenuit concilium Londini, in quo prohibuit uxores Sacerdotibus antea non prohibitas*

In libro ſexto hujus operis habes Catalogum omnium Epiſcopatuum, Abbatiarum, Prioratuum, Caſtellorum & Decanatuum in quolibet Angliæ Comitatu, & in Scotia, & Wallia, & an Monachi vel Moniales erant albi, vel nigri, vel griſei, &c

In Scotia Epiſcopatus Dunkeldie Sancti Columkille dicitur habere Canonicos regulares *Keldees* Sic & Epiſcopatus de Bre, de Ros, de Dublein (ſive Deeblain) & Abbatia de Inſula, habent *Keldeos*

Catalogus hicce antiquus videtur, Epiſcopatus Carleolenſis fundatus circa An 1120 vocatur novus

3 Additio quædam ad hiſtoriam præcedentem, continens hiſtoriam Angliæ ab An 1216 ad An 1337 ſcripta charta & manu recentiori

11—9 1 Sancti Hilarii libri duodecim de Trinitate

2 ——Ejuſdem de Synodis

3 ——Ejuſdem contra Conſtantium Auguſtum Pr *Tempus eſt loquendi*

4 ——Ejuſdem ad Conſtantium Auguſtum. Pr *Benefica Natura.*

5 ——Ejuſdem ad eundem Pr *Non ſum neſcius.*

6. Exemplum Blaſphemiæ Auxentii Ariani, ſive Auxentii Epiſtola Beatiſſimis & Glorioſiſſimis Impp

7 Hilarius adverſus Auxentium

12—2. Sanctus Benedictus de vita Monachorum. Pr *Monachorum quatuor eſſe genera manifeſtum eſt* Vetuſtiſſima eſt hæc Regula Monachorum

Nota, deeſt Prohœmium cum Tabula, & ad finem deſunt 13 Capita

12—4. Roberti Talbot Commentarius in Itinerarium Antonini, quod ad Britanniam pertinet *Manu propria Roberti Talbot*

14—11 Tractatus Monachi Peccatoris undecunque compilatus, contra fantaſias Cogitationum, quas pati ſolet contra fidem propter conſequentiam & tangit aliqua de Spe & Caritate, & quia Anglia turbata erat anno quo hæc ſcripta ſunt, interponit quædam de ſtatu regni

2. P 8 Epiſtola Roberti Epiſcopi Lincole contra Literas Papæ

3. 89 Normannus quidam ſcribit Duci Normanniæ & Comiti Andegaviæ de *Natura* Rerum,

4. 213. A Sermon in old *English*, of the twelve Sons of *Jacob*, allegorically diſcourſed of out of *Ric. de Sancto Victore*

5. 223 Evangelium Nicodemi Latine Pr. *Factum eſt anno* 19º *Imperii Tiberii* Et Epiſtola Pilati ad Claudium.

6. 239 Exempla quædam ſutilia & imperfecta

15—1 Opuſcula Edmeri Cantoris vel Cantuar viz.

P 3 Verſus de Sancto Dunſtano.

5 Hymnus de Sancto Edwardo Rege & Martyre.

6. Nicolai Epiſtola ad Edmerum, de Matre Sancti Edwardi.

Notat Matt Cant *Hujus Epiſtolæ deſcriptionem improbat antiquior Chronographus Osbernus Cantuar in vita Dunſtani*

